

Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Evangelica Contra Horvm Temporvm Hæreses

In Qvibvs Quatuor Euangeliorum illi textus explicantur, quibus vel hæretici
hodie (maximè Caluinus & Beza) ad sua dogmata propugnanda vti solent,
vel ad hæreticorum dogmata impugnanda Catholici vti possunt

Antidotorvm Evangelicorvm D. Thomæ Stapletoni, S. Theol. Doctoris, & in
Academica Louaniensi S. Script. Professoris Regij, Pars Altera - In
Sacrosanctum Euangeliū secundūm Ioannem

Stapleton, Thomas

Lvgdvni, 1595

23. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39480

testimonia, quum ad sacrificium quotidianum peragendum
creantur Sacerdotes, non in finem longè diuersum aut con-
trarium (ut garrit Caluinus) sed in proprium & excellentissi-
mum illius ordinis finem illos creari. Ex qua etiam tot nobis-
lissimorū testiū concordi sententia perspicue refutatur quod
alio in loco Ecclesiæ Catholicae impius impingit Caluinus.
De Episcopis & eorum authoritate disputans ita cauillatur.
Presbyteros creandi ius sibi solis competere dicunt. Rem in to-
ta antiquitate testatissimā vide & attende quo modo refuter.
Sed (inquit) in hoc pessimè corrumpunt vetus institutum, quod
non Presbyteros sua ordinatione creant qui populum regant ac Inst. lib.
pascant, sed sacerdotes qui sacrificent. Sic ad rem ipsam nihil 4.c. 5.nu-
respondens, & alio disputationem conuertens, hac futili ca-
uillatione lectorem ludificat. Nunc enim ex tot illustrium
Patrum testimoniis clarissimè constat, vetus institutum non
corrumpi, sed rectissimè teneri, & obseruari, quod in Presby-
terorum ordinatione Sacerdotes creantur, qui sacrificent
Deo victimam salutarem, & sacrificium quotidianum. Ad
pascendum quoque & regendum, ad euangelizandum, ad Sa-
cramentorum administrationem ordinantur Presbyteri: sed
eorum primariam ac præcipuam functionem esse sacri-
ficia quotidiana pro se ac pro populo Deo offerre, omnes,
quos produximus, celeberrimi & vetustissimi Patres uno
ore testantur.

23. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.

STrenuam hīc operam nauat Caluinus, ut luculenta &
perspicua Christi verba de potestate remittendi peccata
Apostolis suis & eorū successoribus data deprauer, & in alienum
sensum nouitium, profanum, à se suisque adiumentum,
violenter contorqueat. Hunc in fine præcedentia illa Christi
verba, *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos, ita egregiè con-*
taminauit, ut non ad homines vlla potestate ornandos, sed ad
solam Euangelij doctrinam commendandam Christum illa
dixisse exposuerit. Hunc in fine illa verba, Accipite Spiritū S.
promissionem esse de donis ac dotibus verbi Euangelici mi-
nistris conferendis, nullam autem præsentem spiritualis gra-
tiaæ aut potestatis collationem affirmauit. Vtramque illam
corruptelam in locis præcedentibus explosimus. Nunc his
suis corruptelis conformiter totam hanc remittendi peccata
potestatem Apostolis hoc loco verbis expressis datam, nihil

aliud esse quam in Euāgelica prædicatione perpetuam quidam peccatorum remissionem gratuitam credentibus renunciatam, (nouum huius temporis porrentum, & propria vocis nouitatem) modis omnibus probare contendit. Sed antequam eius corruptelas propono, sanam doctrinam veloci amuletum præmittam; sanam & genuinam totius huius loci expositionem, non à meo cerebro excoitatam, non nouellam & profanā, sed à veruissimis Patribus acceptā & litera Euāgelicā perspicue inhārentem in mediū protum.

Varia A- Christus Dominus variam, quam in terris exercuit, potestatem Apostolis suis, & eorum futuris successoribus, nostroram simul & semel, sed variis temporibus ac locis, prout suæ sapientiæ conuenire videbat, maximè circa ultimos conversationis lucæ humanæ dies, comunicauit. In ultima Cena suprēmi sui & diuinissimi Sacramenti administratos eos constituit dicens, *Hoc facite in meam commemorationem, ita præ ex veterum consensu ostendimus. In concione poltrona ampliorē illis potestatem iam iam daturus, sic Patrem aliquicunque: Sicut tu me misisti in mundum, ita & ego misserem in mundum, id est, constitui & decreui eos mittere in mundum.*

Luc. 22. Quod enim in proximo futurum erat, quasi iam confitum narrat Christus. Sicut & illud alind eodem in capite: *Opus consummatum quod dedi mihi ut faciam, cum needū in cruce consummatum illud opus esset. Post mortem ac resurrectionem, hanc in particuli missionem facit. Et quidem ad Euāgeliū toto orbe prædicationem iam iam ad Patrem ascenderus eos mittit, simūlque baptizandi potestatem conferit. Pentes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris Filij & Spiritus S. Nunc hoc in loco ipso die resurrectionis suæ cōgregatis Apostolis suis (vno absente Thoma) apparet illis potestatem remittendi peccata, qualem ipse exercitat: Antequam hanc potestatem conferat, præmittit: *Sicut misisti me Pater, & ego mitto vos. Ego sum missus à Parre euāgelizare pauperibus, sanare contritos corde, predicare captiuū remissionem, & cæcis viſum, dimittere confractos in remissionem, predicare annū Domini acceptum, & diem retributions. Quod mili muneris Pater cōmisit, hoc ego nūc vobis resigno: et ego vos vicarios constituo. Qua autoritate Pater misit me ad eum mitto vos. Ego non solum docui, euāgelizauī, predicauī, veritatē manifestauī super terram (quam toram potestatem alio loco ac tempore, maiori numero collectis tribus) sed & sanauī contritos corde, dimisi confractos in remissionem peccata.**

Matt. 28. *Verborum Christi explicatio.*

Luca 4. *Verborum Christi explicatio.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

peccata remisi & condonaui, Magdalena, Paralytico, & aliis. *Luca 7.*
 Docui verbo & miraculo, filium hominis habere potestatem *Matth. 9.*
 remittendi peccata super terram. Hanc potestatem vobis iam
 daturus, tum insufflationis externo symbolo, tum verbo de
 praesenti Spiritum sanctum vobis confero. *Accipite Spiritum*
sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Quia
enim solius Dei est remittere peccata, & propriū Spiritus S.
& dilectionis diuinæ opus, propterea ut de hac vobis data
vera ac certa potestate nemo ambigat, Accipite Spiritum S.
 Sic in hunc locum *Cyrillus Alexandr. vetus ac nobilis inter-* *Ad Ioan.*
pres (ait Beza) & ὥντες αὐτῷ ἀλλαγή commentatur. Solius *c 18. v. 1.*
(inquit) veri Dei est, ut possit à peccatis homines soluere. Quia In Ioan.
igitur ratione diuina natura potestatem ac dignitatem disci- *lib. 12. c.*
pulis suis Saluator largitus est: Religio. Quia certè absurdum 56.
non est peccata remitti posse ab illis qui Spiritum sanctū habent
in se ipss. Nam cùm ipsi remittunt aut detinent, Spiritus S. qui
est in eis, per eos remittit aut detinet. Hec ille. Sic & D. Am- *De pœnit.*
brosius. Ipsum (inquit) munus Spiritus sancti fit nunc officium *lib. 1. c. 2.*
Sacerdotis. Ius autem Spiritus sancti in soluendis ligandis q̄ cri-
minibus est. Nec dissimiliter D. Augustinus. Remissio peccato-
rum quoniam non datur nisi in Spiritu S. (hoc est, illi appro- *Serm. 11.*
priatur remissio peccatorum, ut copiosè declarat) in illa Ec- *de verb.*
clesia tantummodo dari potest quæ habet Spiritum sanctum, &
paulò pōst: Deus quum mortem peccatoris noller, sed ut reuer-
tatur & viuat, dedit Ecclesia sua Spiritum S. ut euicung, in eo
peccata dimitteret, dimitterentur ei. Sed & alio in loco idem
August. Nemo sibi dicat, Occultè ago pœnitentiam, apud Deum Hom. 49.
ago: nouit Deus, qui mihi ignoscit, quia in corde ago. Ergo sine ex Homi-
causa dictum est: Que solueritis super terram, erunt soluta & in *lys 50.*
cœlis. Docet luculenter potestatem à Christo Ecclesiæ dataim,
ut in Spiritu S. peccata remittat. Id ex hoc loco colligit
Chrysostomus. Sacerdotibus (inquit) datum est ut hanc po- *Lib. 3. de*
testatem hab. ant, quam Deus nec Angelis, nec Archangelis Sacerdo-
dari voluit. Neque enim ad illos dictum est, Quorumcumq; re- *tio.*
miseritis peccata, remittuntur eis. Idem ex iisdem verbis col-
ligit Ambrosius. Aiunt Nouatiani se Domino deferre reueren-
tiam, cui soli remittendorum criminum potestatē reseruent. De pœnit.
Immò nulli maiorem iniuriam faciunt, quām qui eius volunt *lib. 1. c. 2.*
mandata rescindere, & commissum munus refundere. Nam cùm
ipse in Euangelio suo dixerit Dominus Iesus, Accipite Spiritum
sanctum. Quorū remiseritis peccata, remittuntur eis. & quorū
retinueritis, detenta erunt: quis est qui magis honorat: utrum

qui mandatis obtemperat, an qui resistit? Ecclesia in utroq. seruat obedientiam, ut peccatum & alliget & relaxet. Hæc ille.

Audiamus nunc ergo Caluinum an non sit hereticis No-

*Remissio
peccatorū
Euāgelica
præda-
tionis
nec que enim (inquit) separanda est hac potestas remittendi peccata
officium, à docendi officio, cui uno contextu annexa est. Atqui nec hoc
nec summa est, sed finu & es-
finitus.*

Alt. 1.

qui mandatis obtemperat, an qui resistit? Ecclesia in utroq. seruat obedientiam, ut peccatum & alliget & relaxet. Hæc ille. breuiter complexus sit Dominus Euangelij summam. Non dubium est (inquit) quin hic breuiter complexus sit Dominus Euangelij summam. Non dubium est quin audacter & confidenter mentiatur Caluin: quod ex ea, quam subnectit, probatione statim apparebit. Nitionis nec que enim (inquit) separanda est hac potestas remittendi peccata officium, à docendi officio, cui uno contextu annexa est. Atqui nec hoc verum putamus, &c. ut verum sit, non sequitur tamen; In eodem contextu ponitur docendi officium, & potestas remittendi peccata, ergo potestas remittendi peccata non debet separari ab officio docendi, aut remittere peccata nihil aliud est quam Euangelij summa; tum quia alia quamplurima complectitur Euangelij prædicatio, tum maximè quia Euangelicæ prædicationis hic finis ac fructus est, ut qui verbo fidei auditio crediderunt, postea pœnitentia agentes a peccatis soluantur; non autem hoc ipsius prædicationis officium est, prædicando remittere & condonare peccata. Petrus post prædicationem factam videns auditores suos compunctiones, ad dicentes; Quid faciemus, viri fratres? iubet eos pœnitentiam agere, & bapiizari in remissionem peccatorum. Non dicit eis: iam credendo prædicationi factæ remissa sunt vobis peccata.

Sed pergamus cum Caluno, &c. ut suum paradoxum probet, videamus. Dixerat paulo ante Christus: Sicut misit me vicens Pater, ita & ego mitto vos. Nunc quo sum spectet, at quid sibi velit ista legatio, declarat: tantum anteposuit quod nuntierat, se illis spiritum S. dare, ne quid ex se ipsis agerent: hic ergo precipuus est Euangelij prædicandi finis, ut Deo reconciliemus homines. Eit sanè finis Euangelij prædicandi, & hoc sensu illi verba, Ego mitto vos, de prædicatione Euangelij possunt intelligi, & non de hac peculiari & stricta potestate, quā subiuncta remittendi peccata, ut nos exposuimus: sed non est ipsam prædicandi officium, ut Caluinus postea docebit. Hoc etiam sensu non separatur ab officio docendi, potestas remittendi quia hic finis & fructus illius est: sed certè sic separatur potestas remittendi peccata ab officio docendi, ut aliud sit remittere peccata, aliud prædicare Euangelium; nec in ipsa prædicatione aut per ipsam remittatur peccata, sed post illam post fidei doctrinam acceptam & creditam. Interposuit Christus sc. Spiritum sanctorum illis dare, ut remitterent peccata; ut hanc finem & maximum fructum prædicationis suæ Euangeliz audirent.

*Potestas
remittendi
peccata à
prædicandi
officium, ut
Caluinus postea docebit.
Hoc etiam
sensu non
separatur
&
quomodo
non.*

auditoribus & discipulis suis impartirent. Quod ergo h̄ic dixit Caluinus, libenter amplectimur. Sed alium ille sensum coquit, alia cogitat consilia.

Primum, hanc reconciliationem, in quo consistat, multis *Recōciliā*
verbis, sed fallacibus & impiis (quæ propterea præterire no-
tionis no-
lumus) explicat. Quod (inquit) fit gratuita peccatorum venia: s̄tē ministrū
quod & Paulus docet 2.Cor.5.18. ubi Euangelium hac ratione sterium
appellat ministerium reconciliationis. Reconciliantur quidem
homines Deo gratuita venia peccatorū: sed nec in sola hac
gratuita venia consistit reconciliatio, ad quam interna etiam
renouatio requiritur; nec in hac reconciliacione gratuita Euā-
gelij finis ac summa cōsistit; nec Paulus loco citato de Euau-
gelio loquitur; nec Euangelium appellat ministerium recon-
ciliationis, vt Caluinus mendaciter affirmat; sed hoc tantum
dicit: *Omnia ex Deo, qui nos reconciliavit sibi per Christū,* &
dedit nobis ministerium reconciliationis. Hic de Euangelio aut
de Euangelica prædicatione nihil Paulus. Immò multò plus
& longè aliud ibi loquitur Apostolus. Si qual (inquit) in Christo
noua creatura, vetera transferunt, ecce facta sunt omnia noua.
id est: Cūm simus noua creatura in Christo facti, veteris ho-
minis desideria, seu legalia omnia iam transferunt. Notus cul-
tus & noua vita in Christo successit. *Omnia autem ex Deo,* id
est, tota hæc innovatio ex Dei bonitate est: qui nos recōciliā-
uit sibi per Christum, id est, qui omnes credentes per mediato-
rem Christum nouas creature fecit: & dedit nobis (noui
testamenti ministris) ministerium reconciliationis, id est, officiū
& potestatē ea faciendi per quæ homines recōciliantur Deo;
videlicet non solum verbum prædicandi, sed & baptizandi, &
peccata remittendi, & quælibet Sacra menta administrandi.
In ministerio enim reconciliationis omnia ista continentur.
Ipsa quoque Euangelica prædicatio latius patet, quām ut
gratuitam peccatorum veniam annunciet. Quod videns
ipse Caluinus subiungit. *Multa quidem alia continet Euā-*
Fabula et-
gelium. Sed hoc in primis agit illic Deus, ut recipiat homines na.
in gratiam, peccata non imputando. Quare si fideles Ecclesia
ministros præstare volumus, summo studio in hanc partem in-
cumber decet. Nam in hoc maximè differt à prophana philo-
sophia Euangelium, quia hominis salutem in gratuita peccato-
rum remissione cōstituit. Nam & hinc fluunt alia Dei beneficia,
ut nos illuminet Deus ac regeneret Spiritu suo, ut reformat ad
imaginē suam, ut in uictoria fortitudine contra mundū & Satānā
nos armet. Itaque tota pietatis doctrina & spirituale Ecclesia

*edificium fundamento illo nititur, quod Deus nos à peccatis in-
nibus absolutos gratis sibi adoptat. Fabulam narravit multus
erroribus plenam. Ostendere vult Euangelij summam in gra-
tuata peccatorum remissione consistere, ut hac demonstra-
tione per modum proloquij facta, sic ad textus enarrationem*

*Impostura seu verius corruptionem scđam descēdat. Agnoscit alia mul-
ta continere Euangelium, præter hanc gratuitam peccatorum*

*remissionem. Sed quæ illa alia multa sunt, vafer dissimilata;
ne si illa in mediū proferret, mendacij, quod stabilire nūrit,
turpitudo confessim se proderet. Atqui iam in procēdō*

*Euangeliū tūs huius operis opportunè ostendimus, Euangelium p̄ter
vita noui remissionem peccatorum gratuitam, maximè & imprimis el-
tas.*

*se totius vitæ nouitatem seruire Deo in sanctitate & iustitia
omnibus diebus vita nostræ, & in hoc maximè apparuit gen-
tiam Saluatoris nostri Dei (reste Apostolo) ut abnegantem
pietatem & secularia desideria, sobrie, piè, & iuste vivamus in
hoc seculo, expectantes beatam spem, & adveniūm gloria magni*

*Euangeliū Dei. Hoc ergo imprimis agit Deus per Euangeliū predica-
perfectionē tionem, non ut recipiat homines in gratiam, peccata non impa-
in primis tando, ut Caluinus narrat; est quippe exordium hoc tantum
eius rudimen- & principium prædicationis Euangelicæ, ut illa prima vox
mentu po- testatur Ioan. Baptistæ, Pœnitentiam agite, & illa primavox
nunt hære- Christi, Pœnitentiam agite, appropinquat enim regnum cele-
tici.*

Act. 2.

*Item illa prima Petri concio: Pœnitentiam agite, & be-
p̄petetur unusquisque vestrum in remissionem peccatorum. Pi-*

Heb. 6.

*ma hæc fidei & religionis Christianæ rudimenta sunt, & it
Paulus loquitur, elementa sermonum Dei. Est sermo inchoati-
onis Christi, iacere fundamentum pœnitentie ab operibus mu-
tuis & fidei ad Deum. Doctrina remissionis peccatorum gra-
tuitæ per fidem in Deum & pœnitentiam, est initialis & ce-
matalis hominis Christiani doctrina. Perfectio doctrinæ q̄a
Christus in postrema concione docuit, hæc est: Manete in di-
lectione mea. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectio-
ne mea; sicut ego præcepta Patris mei seruavi, & maneo in dilec-
tione eius. Si quis diligit me, sermones meos seruabit. & Pater*

Ioan. 15.

*meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum
faciemus. Hic est præcipuus Euangeliū finis. In hoc maxi-
mū pro-*

Euangeliū

*differit à prophana philosophia Euangelium, non quod hor-
nis salutem in gratuita peccatorum remissione constituit, n̄*

finū pro-

*à prophana Caluinus affirmat, quasi Epicuream vitam in voluptate & ha-
philosophia gitiis agentes, non nisi perpetuò peccantes perpetua peccati*

quo disset.

remissione & aliena iustitia, cāque imputativa, saluaremus, sed

sed quod facit nos veros Dei cultores, facit diligere Deum, seruare sermones eius, manere in Deo, vñtri Deo per charitatem in hac vita, & frui Deo per visionem in altera vita. Neque ab hac remissione peccatorum gratuita fluunt alia Dei beneficia, A remiss. pecca. alia beneficia ut narrat Calvinus; sed ab hac incipiunt tanquam ab imperfessione ad perfectius tendendo, & tanquam à necessario ad maius excellentia progrediendo. Ut illuminet nos Deus per fidem, sed incipit non facit remissio peccatorum gratuita; quia ipsam remissionem prius nem praecedere debet fides, & illuminatio per fidem. Qui enim Ioan. 3. non credit in filium Dei, ira Dei manet super eum. Ut autem Charitas Deus nos suo Spiritu regeneret, ut ad imaginem suam resiformetur, ut iniusta fortitudine contra mundum & Satanam nos reformaret, non haec ex remissione peccatorum gratuita fluunt, non ex ea deriuantur, sed ex unius dono charitatis quae post remissionem gratuam diffunditur in cordibus credentium per Spiritum Sanctum qui datus est illis. Hunc ordinem seruat Paulus. Secundum suam misericordiam saluos nos fecit per TIT. 3. uacrum regenerationis, (ibi est remissio peccatorum iuxta illud Petri, Baptizetur unusquisque vestrum in remissionem peccatorum; & iuxta illud Anania ad Paulum, Exurge, & baptiza te, & ablue peccata tua, in nomine ipsius) Et renouationis Spiritus Sancti quem effudit in nos abunde. Hic est charitas diffusa per Spiritum Sanctum in cordibus, quae reformat nos ad imaginem Christi, quatenus per illam ambulamus in nouitate vite, veterem hominem deponentes. Qui enim diligit me, sermones meos seruabit. Haec etiam charitas armat nos contra mundum & Satanam: quia valida est sicut mors dilectionis, & qui manet in charitate, manet in Deo, & Deus in eo, ac per hoc maior est qui infidelibus quam qui in mundo. Ex charitate igitur ista Dei beneficia fluunt, non ex remissione peccatorum gratuita. Tota igitur pietatis doctrina, & spirituale adiunctionum Ecclesiae, non illo fundamento nititur, quod Deus nos à peccatis absolutos gratis sibi adoptat, vt Calvinus nequiter lectorem fallit, cum gratuita haec adoptio, quatenus uiam peccatorum remissionem concernit, non nisi initium sit substantia Christi (vt Paulus loquitur) & inchoatio sermonum eius, sed tota pietatis doctrina & spirituale Ecclesiae edificationem est, ut tēplas sumus Spiritus sancti, vt Deus nos inhabitet, ut adherentes Domino, unus cum eo Spiritus sumus, denique ut uiam excellentiore teneamus, quam Paulus nobis demonstrare proficeret. Viam videlicet charitatis, sine qua nihil sumus, & quae ex teris omnibus, ipsa fide ac spe maior est. In duobus

Luc. 17. quippe dilectionis mandatis tamen Lex pendet, & Prophetæ. Quare si fideles Euangelij ministros praestare volumus, summo studio in hac parte incubere deceat, ut haec duo charitatis mædata potissimum inculcentur, ut viæ charitatis doceamus, ut fideles in Dei dilectione manere, eiusq; præcepta seruare adhorremur. In eo est Euangelij summa. In hoc apparuit Filius Dei, ut dissoluat opera Diaboli. In hoc apparuit gratia Saluatoris nostri Dei, ut abnegantes impietatem & secularia desideria, sobrietate, industria, & pie vivamus in hoc seculo. Ad hoc euangelizandum & docendum missi sunt Apostoli, dicentes illis Christi:

1. Ioan. 3.

Tit. 1.

Matt. 28. Docentes eos seruare omnia quacunque mandavi vobis. Toto igitur Calvinii præludio manifesti & grauissimi erroris conuicti, videamus iam quem Christi verbis sensum affigat.

Caterūm (inquit) ita mandatum Christus iniungit Apostoli remittendi peccata, ut minime, quod suum est, in ipsis transfrat. Proprium eius est peccata remittere. Hunc honorem, quatenus in ipsis est, apostolis non resignat, sed iubet suo nomine remissionem peccatorum testari, ut per eos Deo homines reconciliari nique solus ipse propriè loquendo per Apostolos suos peccata remittit. De hacre tota fatis multa iam antea diximus, ut nihil hinc repetere sit opus, et si eandem iterum cantilenam canete Caluino vilum fuit, ut sic post multa tandem præambula tociū suum toxicum effunderet. Nō enim nisi pedetentim & multa præfatus ad corruptelā suam patefaciendā descendere voluit. Nunc igitur ad eam se accingit. Potest tamē queri, quum teſſerū solum vel precones huius beneficij non autores eos constitutus, daos doltu cur tam magnificè extollat eorum potestatem. Respondeo hoc praeceps erat biliende nostra fidei fuisse datum. Nihil nostra magis intendit, quam ut securè statuere nobis liceat, non venire in memoriam peccata nostra coram Deo. Zacharias in suo Canticō hanc vult per ipsum scientiam salutis. Ad eam probadā dicūt Deus vratū ſeſtim Christum, nūquād acquiescent conscientie, nīſi meorū paut quos ſona Deum ipsum loquentem agnoscant. Ideo dicit Paulus: Hunc ille misit: tamur vos ut reconciliemini Deo, tanquam Christo per nos abſtitudinem fecrante. Videmus nūc cur tam splendido elogio cōmendet Christus Catuiniaſtus ac ornet ministerium quod Apostolis iniungit, nempe ut tanquam non ſibi persuadeant fidèles ratū eſſe quod audiūt de remiſſis peccatis, nec minoris faciant recōciliationem que voce hominū effertur, quam si Deus ipſe manū ē cœlo porrigeret. Ac uberrimam huius doctrine fructum quotidie percipit Ecclesia, dum Paſtora ſuos intelligit diuinitus ordinatos eſſe eterne salutis ſponſos, nec peccatorum remiſſionem, que apud illos deposita eſt, preceps.

esse querendam. Nec verò propterea vilescere nobis debet incomparabilis hic thesaurus, quia in vasis fictilibus exponitur, sed est cur agamus gratias Deo, qui tanto honore dignatus est homines, ut intestanda peccatorum remissione suam ac filij personam sustineant. Fanaticos autem homines sciamus, dum hanc legationem spernunt, Christi sanguinem pedibus calcare. Hæc ille. Vix tandem post multas verborum ambages, post longa & garrula præludia, animi sui sententiam impostor aperuit, quæ tamen ex multis fragmentis simul consarcendis colligenda est, clare & apertè non exponitur. Summa est, hæc verba, *Quorum Caluinianæ remiseritis peccata, remittuntur eis, huc sensum habere. Qui ne explicabuntur Euangeliū gratuitam à Deo peccatorum remissionem annunciaueritis, & testati fueritis, illi certò & tuò remissa sibi esse peccata credere possunt ac debent.* Loquitur enim Christus magnificè, & dicit Apostolos remittere peccata, sed sensus est, quod hanc remissionem non nisi attestantur. Tamen ut securi ac certi simus, dicit eos remittere. Hæc est sententia Caluini hoc loco summa. *Inbet (inquit) eos Christus suo nomine remissionem peccatorum testari. Testes solùm vel pracones facit eos huius beneficij. Tuò sibi persuadent fideles ratum esse quod audiunt (ex voce Prædicantis ministri) de remissis peccatis. Pastores diuiniter ordinantur aeterna salutis sponsores, & hoc honore dignatus est illos Deus in testanda peccatorum remissione. Ex his verborum Caluini fragmentis totam eius sententiam autè dictam colligimus. Nunc eius absurditatem ac impietatem breuiter aperiemus, similque quæ obiter à Caluino ad eius confirmationem inserta sunt, refutabimus.*

Absurda Caluini sententia est tribus ex causis. Primum, quia authoritas prædicandi Euangeliū, in qua prædicatio ponit Caluinus remissionis peccatorum attestacionem seu annunciationem & præconium, iam dudum antea Apostolis fuit concessa quo ad Iudeos, & postea distinctè quo ad omnes gentes, ipso die ascensionis Dominicæ. Non ergo in his verbis, & hoc tempore ipso resurrectionis die data fuit illa prædicandi potestas. Secundò, quia prædicatio Euangeliū, vel annunciatione & attestatio in illa facta, ab ipsa remissione peccatorum res est longissimè distincta: quod ex eo sit cuiusdam, quia, ut remittantur peccata, multa præter fidem requiruntur, odium præteritæ vitæ, propositum melioris vitæ, spes veniam, Dei dilectio & proximi. Ad prædicationē verbi legitimè audiendam sola requiritur fides, ut credatur verbo prædicato.

*Luc. 10.
Matt. 28.*
Euangelica prædicatione non remittit peccata.

Aliud ergo & longè aliud est verbi prædicatio, & peccatum remissio, & consequenter utriusque potestas. Tertio, prædictor verbi non potest nisi in genere annunciare aut arrestari remissionem peccatorum, sedque iis legibus & conditionibus quas Deus in Scripturis præscribit. Remissio peccatorum quam fингit Caluinus, est certa fides in particulis quae certò quisque credit sibi peccata remitti. Hoc Petrus & Paulo (verbi gratia) Prædictor aut Pastor non annunciat non testatur, sed tantum in genere Euangelicam doctrinam prædicat, si sicut oportet Euāgelium prædicat: neque enim id Christus, vel Apostoli aliter prædicauerunt. Deinde ut huius iam sententia manifesta impietas appareat, quærimus à Caluino & Caluinistis, omnibusque hodie hereticis pariter cum Caluino insanientibus, an Christus remittendo peccata Magdalena, Paralytico, & aliis, aut in verbi prædicatione emulatus est remissionem, aut non nisi eam arrestatus fuerit, nec verè remiserit peccata. Neutrum sine maxima vel absurditate vel impietate dici potest. Atqui hoc in loco sic mittit Apostolus Christus, sicut ille missus erat. Remittunt ergo & illi peccata verè, sicut Christus remisit; verbo absolutionis, non verbo prædicationis, verbo efficaci, non verbo testimonij.

*Quomodo
Christus &
quomodo
Ecclæsia
peccata re-
mittit.*

*I.
Ephes. 4.
2.*

*Ephes. 4.
2.*

*Dissimilitudines
Sæc. regere Ecclesiam suam, &c ad hoc Spiritum Sæcum ac-
ter Christi perirent, ut peccata remitterent ac reinerent. Dissimiles tamen
sum & dispare multiūm Christo Apostoli, aliquique Pastores fons
100*

Quo ramen in loco ne omnimodam paritatem in Christo & Apostolis ponere videamus, paucis exponam, qua in similes, qua in re dissimiles Apostoli Christo hac in parte sunt. Similitudo enim in quibusdam locum habet, in quibusdam non habet. Primum, in fine conuenient. Sicut enim missus est Christus, ut doceret veritatem, &c, quos docuit, ad salutem produceret; sic Apostoli missi sunt ad docendum omnes gentes, & quos docuerunt, ad salutem conducere: ac consummationem sanctorum, in edificationem corporis Christi, &c. Secundum in principio conuenient: quia sicut Christus homo missus a diuina Patris potestate, sic Christus Dei filius eadem diuina potestate misit Apostolos, ut principium missionis in utroque sit simile. Tertio, in modo conuenient: quia sicut Christus non erat merus annunciator & iudex prædictor rati, sed potestatem quoque spiritualem habuit, Vnde tu à domino participibus suis, quia Pastor bonus erat, ac regendi & gubernandi facultatem habuit, sic Apostoli non solum priores verbi, sed & Pastores animarum erant, quos posuit Spiritus.

rum natura, tum potestate. Natura, quia solum homines sunt; Ecclesiastis
ideoque non nisi in nomine & potestate Dei & filij eius pec ^{quod remittunt.}
cata remittunt. Potestate, quia non nisi limitatam habent, missionem
ut vicarij, non ut Domini. Quorum neutrum obstat quia ^{missionem} peccatorum
re peccata remittant ac retineant: neutrum cogit ut soli sint
præcones ac testes factæ remissionis peccatorum. Postremo
impia est Caluini expositio, quia nouella, prophana, SS. Pa-
tribus (quorum testimonia nuper produximus) aduersa &
contraria; denique à Christi verbis prorsus aliena est, ut mox
in proximo membro luculententer docebitur.

Nunc cum Caluino pergamus. Rursum (inquit) plusquam
insulsi sunt Papiste, qui locum hunc ad magicas suas absolutio-
nes detorquent. Nisi quis peccata confessus fuerit in aurem Sa-
cerdotis, nulla secundum eos speranda est remissio. Christus enim
peccata voluit per Apostolos remitti, absoluere autem nequeunt
nisi causa cognita: ergo confiteri necesse est. Hæc sanè ratioci-
natio & collectio ex hoc loco non Papistarū modo, sed do-
ctissimorum Patrum est, cum quibus insulsi esse malumus,
quācum Caluino sapere, qui nunquam se sapere putat nisi
cūm solus sapit: qui sapere ad sobrietatem, spiritu suo indi- ^{Rom. 12. 3.}
gnūm semper iudicauit; & Apostolo contrarius, prudens vult
semper esse apud semetipsum, alta sapere, humilibus non con-
sentire. Audiuius antea, potestatē remittendi peccata Ec-
clesiæ datam ex hoc loco colligere & docere Cyrillum, Chry-
sostomum, Ambrosium, Augustinum. Addit Cyrillus eodem <sup>Lib. 12. ca.
56. in loā.</sup>
loco, hæc potestatē exercere Ecclesiā partim in baptismo,
partim in pœnitentia, vbi peccatorum confessio facienda est.
Addit Chrysostomus: potestatē condonādi peccata datam ^{De sacerdo-}
Sacerdotibus, nō solum in baptismo, sed & postea. Non solum ^{lib. 3.}
(inquit) quum nos regenerant Sacerdotes, sed & postea condo-
nandorum nobis peccatorum facultatem obtinent. Vbi & docet
duplex hoc esse discrimen, Sacerdotum veteris legis & nouæ,
quod illis datum erat corporis lepram non purgare, sed purgatam
probare; his verò concessum est anima lepras non purgatas pro-
bare & ostendere (ut Caluinus vult) sed prorsus purgare. Hoc
autem in pœnitentiæ Sacramento sacerdotes præstare, aper-
tis verbis alio in loco docet. Addit Augustinus loco illic ci- ^{Homil. 10.}
rato: Ergo sine causa sunt claves dæi Ecclesia Dei? Frustramus ^{in Matth.}
Euangelium Dei, frustramus verba Christi. Iob dicit: Si erubui ^{Homil. 49.}
in conspectu populi mei confiteri peccata mea. Addit denique <sup>ex homil.
50.</sup>
Ambrosius: Impossibile videbatur per pœnitentiam deleri pec-
cata. Concessit hoc Christus Apostolis: quod ab Apostolis ad Sa- <sup>De pœnit.
lib. 46. l.</sup>

cerdo

In Psal. 38. cerdotum officia trāsmissum est. Et iterum alio in loco. Dominus, quod antē erat iudicij sui, dedit Apostolis peccata remittendi equitatem, ne cito soluenda diu ligata manerent. Huius Nouatianus (sed nec Caluinus) non audiuit; sed Ecclesia Dei audiuit. Non potestatem usurpamus, sed seruimus imperium. In cōment. in Matth. alios Patres adiungimus. Episcopus vel presbyter (ait D. Hieronymus) pro officio suo, quum peccatorum varietates audiret, scit qui ligandus sit, quiq[ue] soluendus. Reatus conscientiam (ait Leo Magnus) sufficit solis Sacerdotibus indicari confusione secreta. Plenius D. Basilius. Necessario ijs aperiri peccata debent, quibus credita est dispensatio mysteriorum Dei. Ad hoc illud. Profect. in pa- hortatur antiquissimus Athanasius. Si nondū soluta sunt pe- gium, &c. catorum tuorū vincula, tradas te ipsum discipulis Iesu; adiut enim qui te soluant pro potestate ea quam à Salvatore ampiuntur. Superni quippe iudicis principatum sortiuntur (ait Gregorius Magnus) ut vice Dei quibusdam peccata remissa, quibusdam relaxent, & animarum iudices fiant. Hoc enim in Matth. inimobile severitatis Apostolica iudicium (ait Hilarius) ut quis cap. 18. in terris ligauerint, id est, peccatorū nodis innexos relaxant, & quos soluerint, confessione videlicet venia receperint in salutem in Apostolica conditione sententie, in calis quoque aut soluti sint, aut ligati. Mediator quippe Dei & hominum, homo Iesus Christus (ait Leo Magnus) hanc propositis Ecclesia tradidit potestatem, ut & confitentibus satisfactionem penitentia darent, & eadem salubri satisfactione purgatos ad command- nementum Sacramentorum per ianuam reconciliationis admittantur. Homil. 50. Cui conformiter Augustinus de poenitente ira scribit. Venit cap. 11. Hom. 5. de ad Anniates, & à propositis sacrorum accipiat satisfactionem verbu Esa. sua modum. Quia videlicet, ut scribit alio in loco Chrysostomus. A terra iudicandi principalem autoritatem sumit eum. Nam iudex sedet in terra, Dominus sequitur serum; & quicquid hic in inferioribus iudicarit, hoc ille in supernis cōprobat. Propter hanc iudicialem potestatem adeò necessaria semper habita fuit causa cognitionis, & peccatorum confessio, seu letitia, seu publica, ut antiquissimus Cyprianus sic de ea scribat: Etiam in minoribus peccatis agunt peccatores penitentias in tempore, & secundum disciplinæ ordinem ad exomologationem Episcopi & cleri, ius communicationis accipiunt. Quod etiam in foliis cogitationis peccatis, quæ lethale crimen continebant, factere Christianos idem antiquissimus martyris laetus. verbis docet: Quamvis nullo sacrificij aut libelli facinori int

stricti sint, quoniam tamen de hoc vel cogitauerunt, hoc ipsum apud Sacerdotem Dei dolenter & simpliciter confitentes, exomologes in conscientia faciunt, animi sui pondus exponunt, salutarem medelam exquirunt. Quod totum quanta severitate tum a fidelibus praestitum, tum ab Ecclesia & pastoribus necessariò exactum fuerit, luculentus restis esse potest Theodore-

*In Episo-
me diuino-
vulnera. Medicabilia autem non per solam fidem data remis-
sione (ut sanè volunt hodie hæretici) sed per multas lacry-
mas, & fletus, & luctus, & iejunium, & orationem, & laborem
facti peccati quantitati commoderatum. Qui enim non sic af-*

*I.
fecti sunt, eos nec admittere quidem didicimus, nec diuina eis
impartire has habet Ecclesia leges de pœnitentia. Cum tot ac
tantis antiquitate, eruditio[n]e, sanctitate illustribus Patribus,*

2.

3.

4.

5.

6.

Ecclesiarum Episcopis, insulti esse malum, quam cum Caluino sapere. Agnoscent in potestate remittendi peccata a Christo Apostolis aliisque sacerdotibus data, iudicium exerceri: In hoc iudicio peccata vel remitti vel ligari: In pœnitentia Sacramento hoc iudicium exerceri: Ut hoc iudicium exercatur, peccatorum confessionem necessariò fieri: Iuxta pœnitentiæ confessionem præscribi satisfactionis modum: Atque hac demum via ac ratione in Ecclesia solui peccata, absolutionem dari.

Elegans sibi videtur Caluinus, qui sententiam Ecclesiæ in Caluini soluendis peccatis, magican[um] absolutionem vocare potuit. Sic blasphemias homini impio magicum est, quicquid ex Christi instituto circa diuina Sacra[m]enta conceptis verbis peragitur. Magicum Caluino est uti hac forma verborum: *Ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.* Magicum est, accepto in manus pane dicere, *Hoc est corpus meum.* Sed quæ contra has eius blasphemias aliis in locis iam disseruimus, ad hanc quoque Satanicam eius contumeliam refutandam sufficere possunt. Manet firma Ecclesiæ Catholicæ sententia, tot nobilissimorum Patrum testimoniis roborata, Christum in his ad Apostolos verbis, *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, veram & diuinam illis potestatem dedisse, non in verbi prædicatione, sed in pœnitentiæ Sacramento, & judiciali cognitione, peccata pœnitentibus & confitentibus remittendi.*

Nunc quid contra hanc expositionem Catholicam literæ Evangelicæ inhærentem, & unanimi Patrum consensu agnitionem atque firmatam, disputet Caluinus, attendamus. Sed (inquit) ridiculas est illorum hallucinatio, dum summum causa

cardi

cardinem pretereunt, nempe hoc iuris concessum esse. Apostolis ad afferendam Euangelij authoritatem, cuius illis commissa erat predication. Atqui hunc iam cardinem ab ostio remouimus, & Caluinii commentum, de afferenda Euangelij authoritate, ab huius loci sensu remotissimum & alienissimum esse ostendimus. Sed & infra in proxima clausula magis ostendemos. Bonus Caluinus noua sua commenta Scripturis affingit, et que sua affirmatione ponit; aut leuissimis conjecturis & futilibus paralogismis suffulcit. Morque receptissimum Ecclesiæ sensum literæ Euangelicæ inhærentem, non aliqua ratione propria, sed ex eo solo capite refutat, quod ille aliter sentit, & ille aliter locum exponi voluit. Sic enim hoc loco sensum Catholicum veluti *ridiculam hallucinationem* reicit, nullo alio argumento, quam quia ille aliter textum expolit, sive cerebri commentum homo ipsa impudentia impudentior, *summum cause cardinem* vocat. Atque in hac loca insania pergens, ait: Neque enim confessarios instituit Christus, qui occultis susurris examen de singulu peccatis habeant; sed vocales Euangelij sui præcones, qui gratiæ expiationis per Christum partæ cordibus piorum obsignent. Eandem rem aliis verbis repetit. Refellit sensum Catholicum simplici eius negatione, & sui commentitij sensus simplici affirmatione. Quo quidem modo quilibet asinus omnia & vniuersa fiduci orthodoxa dogmata refutauerit. Vno hinc novo verbo vitat, quo in priori explicatione non est usus; Euangelij præcones gratiæ obsignatio per Christum partam in piorum cordibus obsignare. Hoc ad uainegtor huc absurdius est, & à Christi verbis remotius, quam quod testimonio prius dixerat, testari & spondere. Testari quippe & spondere Lutherano vel, ut alij loquuntur, annunciare remissionem peccatorum, quam habet datæ remissionis speciem: quia tametsi non remittit peccatum qui testatur, spondet, aut annunciat illud remitti, tamen significat nunc remitti, quia declarat remissa. Atqui obsignare hanc gratiam expiationis per Christum partam, non significat ullam præsentis remissionis attestacionem aut declarationem, sed significat, in sensu Caluinii, iam dudum factæ per fidem remissionis peccatorum quandam confirmationem. Ita hoc nugamentum à Christi verbis alio longius recedit, & ad Euangelij authoritatem afficitur, quod singit Caluinus, minime facit. Dixit Christus, *Quoniam remiseritis. Dicit Caluinus, Quotum iam remissa peccata obsignaueritis.* Hoc à Christi verbis longissime recedit: immo Christi verba falsa ac inania reddit. Sed nec, ut dixi, ad Euang.

Caluinii
artes ob-
seruanda.

Obsignatio
Caluinia-
ua inegtor
testimonia
Lutherano

per Christum partam in piorum cordibus obsignare. Hoc ad uainegtor huc absurdius est, & à Christi verbis remotius, quam quod prius dixerat, testari & spondere. Testari quippe & spondere vel, ut alij loquuntur, annunciare remissionem peccatorum, quam habet datæ remissionis speciem: quia tametsi non remittit peccatum qui testatur, spondet, aut annunciat illud remitti, tamen significat nunc remitti, quia declarat remissa. Atqui obsignare hanc gratiam expiationis per Christum partam, non significat ullam præsentis remissionis attestacionem aut declarationem, sed significat, in sensu Caluinii, iam dudum factæ per fidem remissionis peccatorum quandam confirmationem. Ita hoc nugamentum à Christi verbis alio longius recedit, & ad Euangelij authoritatem afficitur, quod singit Caluinus, minime facit. Dixit Christus, *Quoniam remiseritis. Dicit Caluinus, Quotum iam remissa peccata obsignaueritis.* Hoc à Christi verbis longissime recedit: immo Christi verba falsa ac inania reddit. Sed nec, ut dixi, ad Euang.

gelicæ prædicationis autoritatem asserendam quicquam facit: quando iuxta hunc sensum Euangelica prædicatio nihil confert, nihil tunc factum, nullum beneficium tunc exhibitum, vel annunciat vel testatur, sed beneficium olim præstatum modo quodam commentitio obsignat. Antequam ad Euangelium audiendum venit Caluinista, iam ei dudum remissa peccata sunt. Sed Euangelium quod audit, hanc illi factam gratiam modo quodam commentitio obsignat. Dico modum commentitium. Nam purum & futile commentum, hæc obsignatio Caluiniana est. Nempe idem tribui volunt Caluinista prædicationi Euangelicæ, quod Sacramentis; & idem Sacramentis, quod prædicationi verbi, ut veraque nihil quam obsignent, nihil quam sigilla quædam sint dudum acceptæ per solam fidem gratiæ, cui vni fidei confirmandæ tam Sacraenta, quam tota prædicatio Euangelica subserviat. Sic tota Caluini resolutio hoc loco Christi verba in meros fumos conuertit: *Quorum remiseritis peccata, remittetur eis:* Caluinus Christi verba in fumos conuertit. id est, *Quorum iam dudum remissa peccata prædicatione vestræ Euangelica obsignaueritis, illorum peccata remittuntur:* merit.

Quod iam dudum factum dixeritis, illud factum est: Quos iam dudum reconciliatos tales esse pronoucieritis, illi sunt reconciliati. Atqui siue hoc dicatur, siue non dicatur, sunt & manent reconciliati. Quid ergo confert ad reconciliationem ipsam hoc meum dicere, pronunciare, prædicare? Dici solet, & verissimum est: Affirmare vel negare nihil ponit in re. Merus igitur fumus verborum est, inanis & inutilis sonus (ad remissionem peccatorum quod attinet) tota Euangelica prædicatio, & tota hic Apostolis data potestas. Summa tei absurditas in simili apparet. Si Regis filius à patre magnis acceptis thesauris post aliquam eorum distributionem in ex-
Caluinia- na domen- tera quapiam regione per seipsum factam, ad patrem suum via ex simili de- reueriatur, primariis quibusdam suis Satrapis in illa adhuc regione relictis (volens videlicet etiā in futurū liberalitatem suam exercere) diceret, *Sicut misit me Pater meus, sic ego mitto vos.* Accipite hos thesauros auri & argéri immenses. Quorum inopiam vos subleuandā censemitis, subleuabuntur. Quorum non subleuaueritis, illi inopes & egeni manebūt. An hic esset legitimus horū verborū sensus? Quos iam dimites esse pronoucieritis, vel quorū copias & diuitias iam partas verbo commendationis vestræ attestando obsignaueritis, illi diuites sint? Annon statim merito excipitur? Quare igitur à filio Principis ita missi sunt hi Satrapæ? ut quid tales thesauros acceperunt?

Quomo

Quomodo dicitur illis, Quorum inopiam subleuandam censebitis, &c. quando neminem subleuant? sed sibi solis hunc thesaum seruant? solùm eos qui iam diuites erant, tales esse declarant? Quod certè ad diuitias comparandas, vel ad accepti thesauri distributionem, prorsus impertinēs est. Eodem omnino modo Christus Dominus accepta à Patre potestate tantisper v̄sus, & multis data peccatorum remissione, nunc ad Patrem reuersurus, & eandem in terris gratiam perpetuam esse volens, dixit Apostolis suis: *Sicut misit me Pater, ego mitto vos.* Adiecit, *Accipite Spiritum sanctum, ostendis in quem finem,* Quorum remiseritis peccata, quorum summam inopiam spiritualem refeceritis (vinculis quippe peccatum detineri, & à gratia Dei extorrem esse, maxima est spiritualis inopia & miseria) remittuntur eis. Eorum inopiam spiritualem reficietis, vt diuites sint in fide, ac bonis operibus eorum vincula relaxabitis, vt liberè seruant iustitiae qui prius erat serui peccati. Quòd si verò Apostoli & eorum successores nihil aliud quam remissionem peccatorum iam factam denunciant & obsignant, vt quid illa tam solemnis missio ut quid Spiritum sanctum acceperunt? Ut quid illis dictum est, Quorum remiseritis peccata? quando iam nemini remittunt, neminem ab inopia & miseria illa spirituali eximunt; sed quos diuites ex fide inuenierunt, eos tales esse declarant? Annon tota Christi commissio & potestas Apostolis data in metu verborum fumos euanuit? Nam & obsignatio illa quā finxit Caluinus in verbi prædicatione, quā sit absurdula, ridicula, meritus fumus, ad religionis nostræ Sacra menta ludificanda inuentus, circa ipsam Sacramentorum doctrinam, cui verbi prædicationem per omnia esse similem Caluinus vult (ut quòd hæc auritum, illa oculare symbolum ac testimonium) alio in loco demonstrauit. Concludit iam Caluinus. Quae tenendum est modus remittendi peccata, ut sciamus quænam ista quæ Apostolis data est potestas. Cui respondeo: Omnia tenendum est ille modus remittendi peccata, iuxta quem verbi scimus quænam sit ista quæ data est remittendi potestas, videlicet verè talis sit, & verè peccata remittat, iuxta Chaldu verba; non autem talis modus tenendum est, quo posito, nullam scimus Apostolis esse datam potestatem, & Apollinis verè nullum peccatum remittere scimus, Christique verè penitus ludificamus; quem modum sibi Caluinus finxit, ut in causa omnium grauissima, ita scelere & impietate maxima.

23. 28

